IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

vitam iustorum sed tamen ego non curo quoniam o tu domine
saluos facies illos et pro nichilo i. sine aliquo merito eorum
sed gratis per pietatem et per hoc saluabis quia in vir-
ga correctionis tue per flagella ipsos a statu superbie constringes
ad humilitatem et per diuersarum angustiarum nuositatem
reuocati compelluntur tibi domine confiteri
Unde ego ut exemplum eis darem conuersionis
Annunciaui tibi vitam meam per humilem confessionem et
lacrimas meas quas tibi pro hiis fudi pro tua clemencia
acceptas habuisti in conspectu tuo
Sicut et in promissione tua exaudisti me deprecantem pro
misericordias eius te exauditurum flentem et tribulatum inueni
ergo te misericordem in remittendo veracem in reddendo
cum exauditus sum non timebo ymnos quoniam aduersarii mei
in fugam conuertentur
In quacumque die et in quacumque etate inuocauero te ecce
cognoui quod in omni necessitate tu deus assistis mihi prestans
tuis et ita cognoui quod deus meus es proprie qui in
omnibus michi aduersis tam clementer subuenis quem
colo quem amo
Et ideo in deo laudabo verbum filium in deo patre in-
telligendo et predicando patri consubstancialem 2o dicit de eo
esse senciendum et sermonem i. predicacionem christi per quam
regulam viuendi mundo prestitit et salutem laudabo in
domino spiritu sancto per quem est facta et ideo in domino speraui
et propter hoc non timebo quid faciat michi homo i. dyabolus
qui me iniqua voluntate semper persequitur
Non timebo dico qui et si aufferant michi hec temporalia tamen
remanet michi unde tibi seruire possum quia
In me sunt deus vota tua i. desideria tua tibi serui-
endi non est necesse extra querere quia in me sunt que
vota reddam tibi seu laudaciones nominis tui quia de cordis
ore profertur laudis incensum et de cellario bone consciencie
profertur fidei sacrificium ista sunt vota principaliter tibi grata